UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XCIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

qua uer.120. quorum dicta declara, & limita, ut ſupra, & Inn.in d.c.in præſentia.qui dicit illam tranſire in monaſterium, & eam poſſe retinere, donec uiuat monachus, ſiue monacha, & Bal.ĩ auth.niſi.C.ad trebellia.idem ſequi uidetur, ſed Ioan. And.& Abb.in d.c.in præſentia in antepenul. col. dicunt tranſire, donec reuocetur, ut ſupra: ſed tu declara, ut ſupra, niſi eſſet emphyteoſis conceſſa pro hęredibus ſimpliciter, ut fuit in caſu noſtro, ut uoluit Bart.in dicta authen. in 10.colum. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Hæredum appellatione in emphyteoſi eccleſiaſtica comprehenduntur deſcendentes, & non extranei.*
2 *Monaſterium propter ingreſſum emphyteotę eccleſiæ ſuccedit, & quo iure, & nu.8.& 10.*
3 *In emphyteoſi eccleſiæ ſimpliciter conceſſa etiam fœminę poſſunt ſuccedere, quamuis de illis nulla mentio in conceſſione facta fuerit.*
Renouatio quando dicatur noua conceſſio.
Eccleſia de emphyteoſi ad ſe reuerſa quos inueſtire teneatur.
Emphyteoſis eccleſiæ conceſſa pro ſe, & hęredibus tranſit ad filias fœminas, filijs maſculis non extantibus.
Et multo magis, ſi fuit conceſſa pro hæredibus, ſucceſſoribus, & nume.11.& 13.
Renunciatio iuris emphyteotici per iuramentum, & per clauſulas prægnantes in diuiſione inducitur, & quando.
8 *Emphyteoſis eccleſiæ an, et quo iure in monaſterium per ingreſſum emphyteotæ tranſeat, & num.10.*
9 *Prohibitus alienare ingrediens monaſterium non dicitur alienare.*
11 *Ad emphyteoſim conceſſam pro ſe, & ſucceſſoribus ita fœminæ, ſicut maſculi deſcendentes uocantur.*
12 *Diſpoſitio teſtatoris, ſeu contrahentium an, & quando ſecundum ſtatuta loci regulari, & interpretari debeat.*
Emphyteoſis conceſſio quando ſecundum ſtatuta loci reguletur, & quando non, num.14.
15 *Super emphyteoſi eccleſiæ ſtatuta laicorum diſponere non poſſunt, & ea ab illis regulari, & interpretari non debet.*
16 *Hæres hæredis eſt primi teſtatoris hæres.*
17 *Emphyteoſis pars illius, qui deceſſit, ad coemphyteotam ſpectat, & quo iure.*

E P I T O M E.

Emphyteosim eccleſiaſticam conceſſam pro ſe, & hæredibus ad filiam fœminam tranſire, & ſecundum ſtatuta laicorum filios maſculos fœminis in ſucceſſione inteſtata præferentia in hoc caſu non regulari, nec interpretari, demonſtratur.

CONSILIVM XCIIII.

IN cauſa monialiũ S.Mariæ Nouæ; ad quas ſpectat defenſio litis motæ contra, & aduerſus dominam Camillam aſſertam ſororem, ſeu monialem dicti monaſterij ex profeſsione ipſius legitimè facta ab Alexandro prætenſo filio magiſtri Ludouici de Arengheria, dicitur ad fauorem monaſterii, ꝙ dicta domina Camilla filia olim Fabronii de Arengheria poſt mortem ſui patris tanquam hæres illius potuit ſuccedere in re emphyteotica, de qua agitur, ex quo conceſſa fuit dictis de Arengheria pro ſe, & hędedibus, & ſucceſſoribus ſuis, unde cũ ipſa ſit, & fuerit hęres dicti Fabronii, debuit ad dictam rem admitti. Nec dicatur, ꝙ † in emphytheoſi eccleſiaſtica appellatione hæredum deſcẽdentes comprehenduntur, & non extranei, ut not.in l.ex facto.in fi.ff.ad Trebellia.& plenè in l.quod dicitur.ff.de uerbor.obliga.in l.etiam.ff.ſolu. matri. & in l.ſi patroni.ff.ad trebel. & latè in c. in præſentia. extra de probatio.cum ſimilibus. Quoniam ipſa Domina Camilla dicitur de filiis, & deſcendentibus Fabronii, & eius hæres, ergo potuit ad dictam rem admitti, & quamuis fuerit fœmina, non tamen ob hoc debet excludi, ſed admitti, etiam ſi ipſa fue-
2 rit monaſterium ingreſſa, quia † ſuccedit per quandã ſucceſsionem uniuerſalem in re etiam emphyteotica eccleſiæ, & hæc probantur ex ijs, quæ uoluit Pet.de Anch.in conſi.421.quidam ſer Antonius, qui in ter-
3 minis propriè noſtris conſuluit. Præterea † ſicut filij maſculi, ita & fœminæ poſſunt admitti, & ſuccedere in emphyteoſi eccleſiæ ſimpliciter conceſſa, etiam abſq; eo, quod de filiabus fœminis facta fuerit mẽtio in conceſsione, ut eſt tex.in §. emphyteoſim.in auth. de non alie.aut permut.rebus, colla. 2.uir aũt, & uxor non admitterentur, niſi de eis expreſsè fieret mentio in conceſſione, & in hoc differunt à filijs, ſeu filiabus, ut ibi.Ergo niſi filij, ſeu filiæ expreſsè excludantur, poterunt ſuccedere, ſi ſint hæredes, quãdo in conceſſione de hæredibus facta fuiſſet mentio, ut habetur per doct.in d.l. quod dicitur. in d. l. etiam. & in d.c.in p̃ſentia, cum ſimil. & per Bar.in l.ut iuriſiurandi.§.liberi. ff.de oper. libert. Præterea & ſi non extaret filia dicti Fabronij, dico, ꝙ dictus magiſter Ludouicus ad partẽ dicti Fabronij admitti non deberet, uel per ius
4 accreſcẽdi, uel ex pacto, uel ex prouidentia, quia, † ut mihi aſſeritur, ultimo loco illis facta fuit inueſtitura, & renouatio alterando in multis, & maximè in præſtatione penſionis noĩe primæ inueſtituræ, quò fit, ut dicat̃ totaliter, & penitus noua conceſſio, ut uoluit Bal.in c.imperialem.§.inſuper.in 3. col.de prohi.feu. alie.per Fed. & ſequit̃ Alex.notabiliter in l. ſi mihi, & Titio.in antepen. col.de uerb.oblig.& ex hoc ſequit̃, ꝙ ſi ſic fuit renouata duobus fratribus, per mortẽ alterius ſine filijs pars deficiens non accreſcit alteri, ſed re-
5 uertitur ad eccleſiam dominam, † quæ tenetur inueſtire hæredes, & deſcendentes deficientis potius, quã alias perſonas, ut per Alex.ibi poſt Bar.in d.l.& in l.1.
6 §.permittitur.ff.de aqua quot.& æſti.& † ꝙ emphyteoſis eccleſiæ conceſſa pro ſe, & hæredibus tranſeat ad filias fœminas, filijs maſculis non extantibus, uoluit Alex.in d.l.qđ dr̃. circa fi.hoc eſt in prin.antepe.col.ꝑ plura, quæ allegat, idemq́; uoluit Pau. de Caſt. in l.1. in 2.col.C.de condi.inſer.& Alex.in l.Gallus.§.quidã rectè.ff.de lib.& poſth. Pet. de Anch.in cõſ.423.Imo. in conſi.27. quicquid is ſenſerit. in c.potuit.circa fin. extra de locato. Iaſ.in l.1.C.de iure emphy.Rom.in l. ſed ſi hac.§.liberos.Alex.in conſi.189.in 1.col.in 2.uolu.& Bal.& Alex.in d. §.liberos.præſertim quãdo fuit conceſſa etiam pro ſucceſſoribus, & in conſi.80.in 1. uol.& hoc, quando emphyteoſis fuit conceſſa ſimpliciter, multo magis ergo, ſi pro hæredibus, & ſucceſſoribus, cum filia fœmina, non extantibus maſculis filijs, ſit hęres, item cum ſit de deſcendentibus, ergo potuit admitti, quia non adeſt ratio, quare debeat excludi, & ideò ſi fuit conceſſa pro ſe, & liberis, fęmina põt admitti, quia eſt de liberis, ut ibi per Alex. ergo multo magis, ſi fuit conceſſa pro hæredibus, & ſucceſſoribus (quo caſu appellatione hæredũ, & ſucceſſorũ ueniunt, & cõprehẽduntur liberi, & deſcendentes) ipſa fęmina, q̃ eſt hęres, debet admitti, quæ conſequentia eſt neceſſaria, & uera. ¶ Et in caſu noſtro ẽt magiſter
7 Ludouicus non põt admitti, quia † per clauſulas prægnantes appoſitas in diuiſione dicitur renũtiaſſe omni iuri ſuo, per Bar.& Alex.in l. qui Romæ. §. duo fratres.ff.de uerb. oblig. maximè ſtante iur̃o appoſito in inſtrumento diuiſionis prægnanti, ut per Alexan.ibi, quicquid dixerint Bar. in conſi.58.Fed.de Sen.in conſil.228.& conſi.77.Bal.in l.1.C.quando non petẽ. partes.Dec.in conſil.263.in ult.col. Alex.in conſi.189.in 1.col.in 2.uol.ac etiam Dec.conſil.421. & conſi.163. in 2.col.& per Iaſ.in l.Gallus.§.quidam rectè.in 9.colum. de liber. & poſthu. nam hi omnes loquuntur in alio caſu, uidelicet quando ex clauſulis appoſitis non inferretur renunciatum fuiſſe, nec fuiſſet iuratum

de

de non contraueniendo aliquo modo, ſeu aliqua ra-
tione, uel cauſa, iuxta quæ habentur per Alexandrum
in d. §. duo fratres, & in terminis in d. conſil. 189. in 2.
8 uol. ¶ Nec obſtat, ꝙ † ſi monaſterium ſanctæ Mariȩ
Nouæ per ingreſſum monaſterij dictæ domine Ca-
millæ poſſet in dicta re ſuccedere, eſſet contra natu-
ram emphyteoſis eccleſiȩ, & contra pacta inita, quòd
non poſſit transferri in duriorem perſonam, ſeu ec-
cleſiam, ut expreſsè uidetur uelle Bald. in authen. in-
greſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. in 4. colum. quia re-
ſpondetur, quòd reſpectu monaſterij domini non di-
citur durior, nec magis priuilegiata perſona mona-
ſterium ſanctæ Mariæ Nouæ. Præterea illud intelligi
tur, quando fieret translatio rei particulariter, ſeu ti-
tulo ſingulari, ſecus ſi uniuerſaliter per ingreſſum
monaſterij, ut in terminis noſtris uoluit Petr. de An-
chara. in d. conſil. 421. & etiam in conſil. 164. & facit
id, quòd in terminis uoluit Cardin. in c. Raynaldus.
in uerſicu. dilectus. in 9. q. extra de teſtamen. qui di-
9 xit, quòd † prohibitus alienare, ſi ingrediatur mona-
ſterium, non dicitur alienare, quoniam bonorum
translatio fit ipſo iure, & uniuerſaliter. Bart. per illum
tex. in l. ſi adoptauero. ff. de preca. glo. in c. ſi qua. 19. q.
ult. Aret. & Mod. in c. in præſentia. in notab. extra de
probat. Iaſ. in l. 1. in 12. col. in fina. uerb. C. de iure em-
10 phyt. Præterea † Bal. in d. auth. ingreſſi loquitur, quā-
do emphyteoſis eſſet talis, quæ non tranſiret niſi ad
deſcendentes, hoc eſt ad filios, & nepotes, ergo infer-
tur, ꝙ ſi poſſet tranſire etiam ad hæredes, & ſucceſſo-
res. prout eſt caſus noſter, tunc tranſiret in monaſte-
rium, quia monaſteriū eſt hæres, ſeu loco hæredis, &
ſucceſſoris, per Bald. in d. 4. col. & eſt tex. ibiq; omnes
communiter in d. c. in præſentia. Itaq; ex prædictis di
cta domina Camilla, & conſequenter monaſterium
ſāctæ Mariæ nouȩ debet obtinere, & à petitis abſolui.

ADDITIO.

NON recedēdo ab ijs, quæ in hac cauſa in primis
allegationibus dixi, ſed illis penitus inhærendo ꝑ ea,
quæ fuerunt allegata, ultra ibi adducta pro corrobo-
ratione concluſionis traditæ, benè faciunt not. per
Bar. & Alexan. in l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. de in ius uo-
11 can. ubi † ad emphyteoſim conceſſam pro ſe, ac ſuc-
ceſſoribus ita dicuntur uocatæ deſcendentes fȩminȩ,
ſicut maſculi, & habetur per Alex. in conſi. 61. in 1. uo
lu. & in conſi. 189. in princ. in 2. uolu. ¶ Sed quoniam
in oppoſitum aliqua poſſent excogitari, ideò pro ma-
iori, & ualidiori confirmatione concluſionis aliàs tra
ditæ illis breuiſſimè reſpondebo. Et præcipuè, in quā-
tum dici poſſet, quòd conceſſio in caſu noſtro regu-
lari deberet ſecundū ſtatuta huius ciuitate Bononiæ,
quæ fœminas penitus excludunt à ſucceſſione, ꝓpter
exiſtentiam maſculorum per ea, quæ uolunt Bart. &
alij magis communiter in l. hæredes mei. §. cum ita.
ff. ad Trebel. per Petr. de Ancha. in l. tres fratres. ff. de
pact. & per eundem in conſ. 124. uiſis, & diligenter ru
minatis, & per Bartolum in l. ut iuriſiurandi. §. ſi libe-
ri. ff. de oper. liber. l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. cum
ſimil. ibi alleg. ff. de ædil. edict. Pro reſponſione conſi
12 derandum eſt in hoc articulo, † an diſpoſitio teſtato-
ris, ſeu contra habentium debeat regulari ſecundum
ſtatuta loci, qui profectò amplus eſt articulus, & in eo
doctores multum uariant, ut per Alexandrum in d. l.
hæredes mei. §. cum ita, qui refert dicta omnium do-
cto. & ipſe non recedendo ab opinione Bart. ibi, cum
quo docto. uidentur communiter pertranſire, notabi
liter diſtinguit, ꝙ aut ſumus in diſpoſitione neceſſa-
ria ad conſeruationem, & ualiditatem actus, puta te-
ſtamenti, & tunc regulatur ſecundum diſpoſitionē le
gis, uel ſtatuti, ne actus corruat, ſeu ne teſtamentū rū-

patur. arg. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe[illegible]
hu. cum ibi no. per Doc. aut ſumus in diſpoſi[illegible]
neceſſaria ad conſeruationem actus, & ſic n[illegible]
net neceſſitas conſeruandi actum, prout eſt c[illegible]
ſter, quia conceſſio emphyteoſis facta di[illegible]
validitatem non requirit, ꝙ magis fuerit fa[illegible]
ceſſa pro filiis, ſeu deſcendentibus maſculis[illegible]
minis, ut in d. §. emphyteoſim, ſiue ꝑ hære[illegible]
q̃ pro extraneis expreſsè, ut omnes fatentur[illegible]
in d. l. ut iuriſiurādi. §. ſi liberi. ff. de ope. lib. [illegible]
xandrū, & alios in l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. d[illegible]
& in l. ēt. ff. ſolu. matr. & tūc ſi uerba prolat[illegible]
tione puta à teſtatore, uel contrahentibus[illegible]
ſi ſecundum ſtatutum loci intelligerentu[illegible]
rentur, non debent ſic intelligi, nec ſecun[illegible]
tum loci regulari, ſed propriè, & ſine ui[illegible]
colligitur ex iis, quæ dicunt Doct. cōiter in[illegible]
rectè, quos refert, & ſequitur Alex. in d. §. c[illegible]
tex. in c. Raynaldus. de teſtamen. Si uerò u[illegible]
ſitionis non uiolarentur, ſi intelligerentur[illegible]
ſtatutum, tunc ſecundum ſtatutum regula[illegible]
procedunt ea, quȩ uolunt Bar. & alii in d. §. [illegible]
nos ſumus in diſpoſitione non neceſſaria a[illegible]
nec ad effectum actus, ut ſupra, & ſi uerba p[illegible]
conceſſione regularentur ſecundū ſtatutu[illegible]
de ſucceſſione ab inteſtato, uidelicet ꝙ fœm[illegible]
rentur excluſȩ ab emphyteoſi propter maſ[illegible]
ſcēdentes, profectò uerba ipſius conceſſion[illegible]
13 tur, quoniam cum † in conceſſione fiat men[illegible]
redibus, & ſucceſſoribus, quorum appellatio[illegible]
& propriè ita comprehenduntur, & cōpre[illegible]
ſunt fœminȩ, ſicut maſculi, quia ſunt uerb[illegible]
pta utrunque genus comprehēdere, per[illegible]
in d. §. liberos. & eſt tex. in l. in annalibus. C[illegible]
l. ex facto in fi. ff. ad trebell. ubi in caſu, quo[illegible]
ſcendentes uenire poſſent, appellatione h[illegible]
tinentur liberi, & ſic maſculi, & fœminæ a[illegible]
de cond. inſer. cum ſimil. ſequitur, ꝙ iſta ue[illegible]
bent ſecundum ſtatutum huius ciuitatis reg[illegible]
propriè, & uere intelligi, alioquin ſignifica[illegible]
uerborū pro hæredibus, & ſucceſſoribus ui[illegible]
quia, ut dixi, hȩc uerba ſui natura, & abſque u[illegible]
ne apta ſunt maſculos, & fœminas compre[illegible]
14 Non obſtat † id, quod uoluit Pet. de Ancha in[illegible]
124. uiſis &c. quia ipſe loquitur in caſu, quo[illegible]
& ui pactorum antiquorum emphyteoſis e[illegible]
liis bonis, & de ea, ut de illis iudicabatur, & i[illegible]
ſio illa emphyteotica regulari debuit ſecun[illegible]
tutum loci, quod faciebat differentiam inter m[illegible]
lum, & fȩminas: item propter naturam emp[illegible]
quæ ex pactis antiquis alterata præter ius co[illegible]
& ius emphyteoſis iudicabatur, ut de bonis p[illegible]
& ideò ſecundum ſtatutum laicorum regula[illegible]
interpretabatur: ſed in caſu noſtro emphyt[illegible]
merè eccleſiaſtica, nec eius natura ultra p[illegible]
erat alterata ex pactis antiquis, quoniam fu[illegible]
ſa ab eccleſia ſecundum naturam ſuam, ergo[illegible]
regulari ſecundum ſtatutum loci laicorum, [illegible]
15 ſicut † ſuper ea non poſſunt ſtatuta laicorum[illegible]
re, ita nec ab eis debet regulari, neque inter[illegible]
in c. eccleſia. & c. quȩ in eccleſiarum de con[illegible]
ſi. de rebus eccleſi. non aliena. & eius eſt inte[illegible]
cuius eſt condere. l. fin. C. de legib. cum ſi. P[illegible]
tutum loquitur ab inteſtato, nos uerò ſumus[illegible]
ſa teſtati per ea, quæ uoluit Paulus de Ca[illegible]
hæredes mei in lectura Bonon. & ut conſul[illegible]
quem refert Petr. de Anchara. in d. conſi. 124[illegible]
nas rationes, & facit id, quod uoluit Petrus[illegible]
Anchara. in conſilio 422. Præterea hoc a[illegible]
tum de ſtatuto in caſu noſtro ceſſat, quo[illegible]

bronius, qui vnà cum D. Ludouico eius fratre accepit emphyteoſim pro ſe, & hȩredibus ſuis, & cōſequē ter cui ſuccedit, deceſſit cū fœminis tm̄, & nō cū maſculis, & ideò non pōt habere locum ſtatutum, ꝙ ipſis fœminis maſculi debeant prȩferri. Nec eſt uerū, ꝙ ſi filia fœmina Fabronij poſſet uenire ad emphyteoſim, hoc eſt ad partē patris, uenire diceretur tāquam hȩres primi inueſtiti, & ſic ſui aui, & conſequēter deberet excludi per ſtatutū, quia reſpondetur primò, ꝙ diſpoſitio iſta nō debet regulari ſecundū diſpoſitionē ſtatuti per prædicta. Secūdò dico, ꝙ tanquam hæres aui primi inueſtiti non poteſt uenire, ex quo ſibi obſtabat Fabronius eius pater, qui fuit admiſſus unà cū D. Ludouico pro rata ad emphyteoſim, & ideò ſi ipſa admittitur, dicitur admitti tanquam hæres Fabronij ſui patris, cui etiā ſpecialiter fuit ꝯceſſa emphyteoſis pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, quæ renouatio, & conceſſio ſibi facta, quamuis nō dicatur noua conceſſio, neq; naturā emphyteoſis primæ alteret per Bar. & melius per Alex. in l. ſi mihi, & Titio. ff. de uerb. oblig. & credo aduerſarios hoc nō negare, tamē operatur, ꝙ illi, qui aliàs ad eam uocati fuiſſent, ut hȩredes primi dicantur uenire, & uocati, ut hæredes Fabronij, & ipſius D. Ludouici, alioquin nō uerificarentur uerba illa in ſecunda cōceſſione, & renouatione poſita pro ſe, & hȩredibus ſuis, & ſucceſſoribus, uidelicet Fabronij, & D. Ludouici, & cū ipſa fuerit admiſſa tanquam hæres Fabronij, ſequitur, ꝙ etiā dr̄ amitti tanquam hæres Ioānis primi conductoris, ex quo Fa-
6 bronius fuit hæres dicti Ioānis, qa † hȩres hæredis primi teſtatoris eſt hæres. l. fi. C. de hæred. inſti. l. ſciendū. ff. de uerb. ob. & in propoſito habetur per Corneū in conſil. 263. in 1. uol. qui in terminis noſtris pro nepte contra patruum conſuluit: nec procedunt ea, quȩ hic adducuntur, quod in caſu, quo iſta filia uellet, & poſſet uenire ad portionē Fabronij tāquam hȩres ſui patris, ex inueſtitura, & renouatiōe facta ipſis Fabronio, & D. Ludouico, non deberet poſſe admitti, niſi ad dimidiā partis dicti Fabronij, qui deceſſit ſuperſtitibus duabus filiabus quarū una poſtea deceſſit, cuius portio debet ad D. Ludouicū patruum ſpectare, & nō ad ſororē, qa emphyteoſis eccleſiæ tranſit ad deſcēdentes, & nō ad tranſuerſales, ut hr̄ in c. in p̄ſentia. de probat. in l. quod dr̄. ff. de uerb. ob. cū ſimil. qa reſpondet̄, ꝙ hæc cōſideratio eſt friuola, primo qa ſi hæc diſpoſitio debet regulari ſecundū ſtatuta, ut præſupponi poſſet, dico, ꝙ ſecundū ſtatuta ſoror uocatur unà cū patruo ſolum: ſed qa, ut dictū eſt, in caſu noſtro nō debet hȩc conceſſio facta pro ſe, & hæredibus, & ſucceſ-
7 ſoribus hoc modo regulari, ideò aliter rn̄deo, ꝙ † ex quo admittitur, ꝙ hȩc filia Fabronij uocetur ex inueſtitura, & renouatione facta ipſi Fabronio pro ſe, & hȩredibus, & ſucceſſoribus, ipſa ex pſona ſua uenit tāquā deſcendēs, & uocata ex uerbis ĩueſtituræ pro parte ſua, pro parte aūt alterius filiæ, quæ deceſſit, & quȩ iam tanq̄ filia, & hæres Fabronij fuit admiſſa, uocatur ex iure accreſcēdi, ſeu ex natnra cōceſſionis factȩ patri ſuo Fabronio, per ea, quȩ uolunt Bar. Alex. Imo. & cōiter alij ĩ l. ſi mihi, & Titio. ff. de uerb. ob. & per p̄dicta vr̄ ſublatū illud potiſſimū fundamētum, ꝙ hȩc cōceſſio, & diſpoſitio regulanda ſit ſ̄m ſtatutū loci, unà cū alijs, quæ pro corroboratione adduci poſſunt per aduerſarios. Et ideò adhuc dr̄ hr̄e locū id, qđ uoluit Alex. poſt alios, quos ſupra allegaui ĩ primis alleg. & in d. l. quod dr̄. & clarius per Bald. & Alex. in d. l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. de in ius uoc. cū qbus oēs doc. cōiter pertranſeunt, & ideò ab illis in iudicādo, & conſulendo nō eſt recedēdum. Et per p̄dicta etiā dicūtur ceſſare ea, quæ pars aduerſa poſſet conſiderare contra dictam filiā Fabronij, qm̄ ſi uerū eſt, prout uero uerius eſt, ꝙ hȩc filia fœmina ſuperſtes admittat̄ ad integrā partē Fabronij ex perſona ſua tanquā hæres, & filia Fabronij, ac etiā ex pſona ſororis ſuȩ, ut dictū eſt, ſequitur, ꝙ ceſſat dubiū, an portio Fabronij dicat̄ reuerſa ad eccleſiā, nā non cenſet̄ reuerſa, ꝓut etiā aduerſarij nō negant. Itē conſtat etiā, ꝙ illius portio nō ſpectat ad D. Ludouicū fratrē, ſed ad filiā Fabronij ſuperuiuētem per prædicta, & per ea, quæ plenius dixi in primis allegationibus, ad quas me remitto. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Emphyteoſis eccleſiæ ſtipulata pro ſe, & filijs, ac deſcendentibus an, & quando ad fœminas, carumq; deſcendentes tranſeat, & num. 5. 7. & 8.*

2 *Feudum an, & quando ad filias fœminas, & per lineam fœmininam deſcendentes tranſeat.*

3 *Emphyteoſis eccleſiæ ſtipulata pro ſe, filijs, ac hæredibus, & deſcēdentibus ſolum filijs, & deſcendentibus, qui ſint hæredes, debetur, non autem hȩredibus extraneïs.*

4 *Quid, ſi eſſet ſtipulata pro ſe, & hæredibus ſuis.*

6 *Deſcendentiū appellatione ſimpliciter comprehēduntur filiæ, fœminæ, & alij per lineam fœmininam deſcendentes, & nu. 7.*

8 *Emphyteoſis eccleſiæ ſtipulata pro ſe, filijs, & deſcendentibus maſculis, & fœminis quomodo ad fœminas tranſeat, tàm de iure communi, quàm etiā ſtante conſuetudine, uel ſtatuto prius maſculos admittente, illisq; deficientibus, fœminas.*

9 *Pater, qui emphyteoſim pro ſe, & filijs, & deſcendentibus acquiſiuit, poteſt, unum de filijs, ſeu deſcendentibus hæredē inſtituendo, alijs filijs, & deſcendentibus præiudicare, ſed non inſtituendo hæredem extraneum, & non deſcendentem.*

Ille verò, ad quem tanquam filium, & deſcendentem emphyteoſis peruenit, nullo modo alijs præiudicare poteſt.

10 *Emphyteoſis acquiritur filijs, & deſcendentibus irreuocabiliter adeò, quòd in ea nō pōt ipſis præiudicari, quādo pater, qui eam illis acquiſiuit, acquiſitionē non reuocauit, & mortuus fuit.*

11 *Emphyteoſis eccleſiaſtica quādo etiā ad filias fœminas tranſeat.*

12 *Quid, ſi eſſet ſtipulata pro ſe, & filijs.*

13 *Conſuetudo etiā ex unico actu, ſuper quo non fuerit iudicatum, in emphyteoſi inducitur.*

14 *Inueſtitura prima tàm in emphyteoſi, quàm in feudo eſt attendenda, non autem poſteriores, quoad illud, an fœminæ, & collaterales ultimi defuncti admitti debeant.*

15 *Sententia, & proceſſus illis, qui pro ſuo iure, & intereſſe citati nō fuerunt, nocere non debet.*

EPITOME.

Emphyteosis eccleſiaſtica ſtipulata pro ſe, & filijs, & hȩredibus, ac deſcendentibus, ad fœminas, carūq; deſcendētes, non extantibus deſcendentibus maſculis, tranſit, ſtante loci conſuetudine, ꝙ ad bona emphyteotica eccleſiaſtica fœminȩ, non extantibus deſcendentibus maſculis, admittantur, adeò ꝙ nec ille, qui eam ſic fuit ſtipulatus, nec alius deſcendens poſſet hæredē extraneū inſtituendo, illis præiudicare.

CONSILIVM XCV.

Stante conſuetudine in loco, quod ad bona emphyteotica eccleſiaſtica fœminæ deſcendētes admittantur, nō extātibus deſcēdentibus maſculis, dubitat̄, ſi emphyteoſis eccleſiȩ fuerit pro ſe, filijs, & hæredibus, ac deſcendētibus cōceſſa, & ſtipulata, an nō extātibus deſcēdentibus maſculis tranſeat ad deſcendētes fœminas, & ad alios per lineā fœmininā deſcēdentes ita, ꝙ ipſæ fœminæ cæteris hȩredibus extraneis ſint p̄ferēdȩ. Et ad dictas fœminas deſcēdētes tranſire, hæredibus extra-
1 neis excluſis, abſq; multilogo cōcludo, qm̄ licet † regulariter emphyteoſis eccleſiȩ ſtipulata ꝓ ſe, & filijs, ac deſcēdētibus ſui natura nō ſit ad fœminas, carūq; deſcēdētes tranſitoria, tn̄ hoc fallit, ubi in loco extaret ꝯſuetudo, ꝙ nō extātibus deſcēdētibus maſculis, fœminȩ admitterētur, qa tunc fœminȩ, ſeu per fœmi